

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum XII.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

IN DIE CONVERSIONIS PAULI.

Ex Act. cap. IX. 1, 2, 3, 4, 17, 18.

*Immensa cbaris! qui Christi membra necabat,
Salvatur gratis, justitiamq; capit.*

ORACULUM SACRUM XII

Phil. II. 13.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Ὁ θεός ἐστιν, ὁ ἐνεργῶν ἐν υἱῶν ἡμῶν τὸ γεν-
νῆν, ἡμῶν, ἡμῶν ἐνεργῶν ὁ πᾶσι τῆς εὐδοκίας.

Versio Vulgata.

DEUS est, qui operatur in vobis &
elle & perficere pro bona voluntate.

Versio B. LUTHERI.

Gott ist's/ der in euch würcet/
ende das Wollen und das Thun/ nach
inem Wolgefallen.

N O T Æ.

i. Heic etiam DEO Patri tribuitur regimen
ecclesia, quod operetur velle & perficere.
DEUS Pater se regno suo minimè privavit.
contra Socinianos, & cumprimis Smalcium, qui
b. de Divi. Christi cap. XIV. p. 117. scribit:
Christum ita regnare super nos in hoc mundo,

H 2

ut

ut videatur Pater quodammodo regno suo super eum se privasse. Et Refur. monstr. p. 138. disferit, Christum ad certum tempus esse omnia in omnibus, usq. dum salus humani generis perficiatur, tum vero Christi regnum, quod jam habet, cessaturum, & DEUM, qui olim erat omnia in omnibus, antequam Christo omne iudicium dedisset, iterum omnia in omnibus futurum.

II. Ex hoc sacro fonte talis emanat rivulus:

Quicquid Scriptura soli divinae gratiae tribuit, illud non est tribuendum viribus humanis.

Sed Scriptura initium, medium, & finem Conversionis soli divinae gratiae tribuit, quod patet ex loco praesenti, cui adde, 1. Petr. II. 25. Act. XXVI. 18. Jer. XXXI. 18. 2. Cor. III. 5. Pf. CXIX. 36. &c. E. Opponendum hoc

I. PELAGIO, qui distinguebat inter posse, velle, & agere; illud DEO, istud & hoc hominis naturae tribuebat. Quod homo potest, velle bonum atq. perficere, solius DEI est, inquit, duo vero reliqua, hoc est, velle & esse ad HOMINEM referenda sunt, quia de arbitrii fonte descendunt. Itaq. liberum mihi est, nec voluntatem bonam habere, nec actionem, nullo autem modo possum non habere possibilitatem boni: inest mihi, etiam, nolue

soluero. Vid. Pelag. lib. 3. pro Libero arbitrio apud B. Augustinum lib. 1. de Grat. Christi contra Cœlest. & Pelag. cap. 4.

2. SYNERGISTIS, qui in hominis conversione Spiritui sancto, veluti causa principali, conversionem inchoanti hominis vires naturales, veluti causam sociam, adjugebant & liberi arbitrii modicum aserebant.

3. PELAGIANIZANTIBUS PONTIFICIIS, qui liberum arbitrium lapsu non extinctum, nec amisum, sed tantum infirmatum esse, & voluntatem semetipsam reparare ad gratiam posse, dimittant. Hinc Bellarminus lib. 6. de grat. & lib. arbit. cap. 15. ita scribit: *Habet homo ante omnem gratiam liberum arbitrium, non solum ad opera naturalia & moralia, sed etiam AD OPERA PIETATIS & SUPERNATURALIA.*

Item: Habet homo ante omnem gratiam, POTENTIAM REMOTAM & IMPERFECTAM ad opera pietatis faciendam. Et ne quis existimet, ipsum loqui de potentia passiva, seipsum, loco citato, ita explicat: *Ecclesia catholica in hominibus mortalibus, secundum Scripturas divinas & communem Patrum consensum eam libertatem defendit, per quam POSSINT BENE AGENDO mereri premium.* Bellarmino ad blanditur Fab. Justinianus in cap. VIII

Tobiaz, ita commentans: B. Paulus volens totius boni operis nostri structuram, quæ velle habet principium, & finem perficere, à DEO esse docere. *DEUS*, ait, operatur in nobis velle & perficere. Dixerat quidem Esaias (cap. XXVI. 12.) omnia opera nostra operatus es in nobis, Domine. At his verbis B. Paulus non solum opera, sed quicquid in illis est bonitatis, à DEO esse docuit. Hæc satis piè Iulianianus. Interim addit: Nam licet habeat homo virtutem & potentiam ad bene operandum; virtutis tamen nostræ gloria ipsemet DEUS est, qui efficaci sua gratia facit, ut operari **VELIMUS**, perficiamusq; opus, quod **FACERE POSSUMUS**. Unde patet Pontificios homini naturali non omnem potentiam ad supernaturale bonum denegare, sed tantum potentiam exercitii, & exercitio proximam. Quibus expressè contradicit Apostolus h. l. inqviens; quod DEUS sit, qui operatur in nobis καὶ τὸ θέλει, καὶ τὸ ἐνεργεῖ non solum actum volendi, sed velle indefinitè, potentiam volendi, & quicquid ad rationale velle supernaturalis boni pertinet.

4. **SOCINIANIS**, qui non solum existimant, ad conversionem requiri aliquam **DEI NOTITIAM**, quæ sit animi probitas, & studium faciente

faciendi ea, quæ Deo probantur, Vid. Socin-
comment. in 1. Epist. Joh. p. 307. Sed etiam
contendunt, hominis voluntatem liberam, licet
non sit causa conversionis prima, talem ta-
men causam esse, sine qua ulla unquam futura
sit conversio. Vid. Smalc. contra Franzium p.
415. & p. 421.

III. DEus operatur τὸ θελεῖν. E. gratia DEi
agit non solum in affectus, sed etiam in ipsam
hominis voluntatem, quæ reformatur ad ima-
ginem DEi, Phil. IV. 24. contra Arminianos.

IV. DEus operatur non solum τὸ θελεῖν, sed
etiam τὸ ἐνεργεῖν h. l. τὸ καταρτίζειν 1. Petr. V.
10. τὸ ἰσχυρεῖν Phil. 1. 6. E. non solum initium
fidei, sed etiam perseverantiam in fide est donum
DEi gratuitum, contra Pelagianos, perseveran-
tiam in fide à propriis meritis dependere, adseren-
tes. A quibus num Pontificii longè absint, ipsi
secum deliberent. Vide Concil. Trident. sess. 6.
can. 32. Bellarmin. lib. 5. de Justif. c. 1.

V. DEus operatur actum credendi non ne-
cessitando & prædeterminando voluntatem, vel
irresistibiliter eam inclinando, ut vel credat
vel credere possit, sed gratia efficaci converten-
do, cui tamen possit homo repugnare, uti Scri-
ptura pariter & exempla testantur, contra mo-
dernorum Calvinianorum, & Pontificiorum.

com

commentum, quod conversio ad bonum & perseverantia in bono, ex parte hominis fiat irresistibiliter. Hinc Piscator in Notis ad Col-
 lationem Vorstii sect. 124. p. 216. scribit, opera-
 tionem ac gratia DEi internae resistere hominem
 non posse, adeoq; non posse velle resistere.
 Vid. Calvinus Instit. l. 2. cap. 3. & 11. Pareus in
 lib. 1. cap. 11. de grat. & lib. arbitr. contra Bel-
 larm. Collat. Hag. Brandii p. 119. & seqq. Acta
 Synodi Dordrac. artic. 4. thes. 12. Et reject. er-
 ror. thes. 8. & passim. Bellarminus lib. 6. de
 grat. cap. 15. sentent. 8. ait, operationem effi-
 caciae seu congruae gratiae talem esse, ut non
 rejiciatur unquam neq; possit rejici. Vid. et-
 iam lib. 4. cap. 1. §. Tertio objective.

V. Praepositio *ὑπὲρ* h. l. notat causam im-
 pulsivam, *ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας*, pro beneplacito
 suo, seu ex gratia sua, qua ad nos salvandum
 movetur. Vide loca parallela Rom. XV. 8. 9.
 2. Thes. 1. 5.

VII. Antequam hunc locum summa cum
 reverentia dimittamus, enucleandum venit vo-
 cabulum *εὐδοκίας*, quod non notat necessita-
 rem quandam absolutam; sed amorem & de-
 lectionem DEi erga nos, ut Theodoretus in
 Pl. 5. notat. Cum quo congruit illud Hiero-
 nymi in caput 1. Epist. ad Ephes. quod *εὐδοκία*
 propria

propriè significet beneplacitum, quia non statim
 omne quod placuit, etiam beneplacere potest.
 Hæc autem igitur Patris cœlestis *εὐδοκία* fun-
 data est, non in absoluto aliquo decreto, sed
 in hoc filio, de quo ipse Pater cœlestis ait:
 Hic est Filius meus dilectus, *ἐν τῷ εὐδοκίᾳ*,
 Matth. XII. 18. c. III. 17. c. XVII. 5. 2. Petr. I. 17.
 Hinc, nato hoc filio, Angeli canunt: *ἐν αἰθερά-
 τοις εὐδοκία*, Luc. II. 14. Hinc vocatur DEI
εὐδοκία, quod velit credentibus in Christum
 dare regnum, Luc. XII. 32. Vocatur *εὐδοκία τῷ
 Ἰησῶντι* & *τῷ Ἰησῷ*, quod prædestinavit nos
 in adoptionem filiorum per Christum, Ephes. I. 5.
 Vocatur h. l. DEI *εὐδοκία*, quod operatur in
 nobis *velle & perficere*. E. ex his dictis, quæ
 beneplaciti, propositi, decreti, aut voluntatis
 divinæ mentionem faciunt, absolutum decre-
 tum non potest stabiliri, *contra absoluti decreti
 architectos, & cum primis Polan. in Partit. p. 36.
 & 39. Bezan volum. 1. f. 371.*

CONSENSUS ORTHODOXÆ
 ANTIQVITATIS.

Opposuit sibi (Pelagius) ex Apostolo
 quæstionem, atq; ait: Et quomodo stabit illud
 Apostoli: DEUS est enim qui operatur in vo-
 bis & velle & perficere. Deinde, ut hanc quæ-
 stio-

H 5

stio-

stionem veluti solveret, quam videbat dogma-
 ti suo vehementer esse contrariam, securus
 adjunxit: operatur in nobis velle, quod bo-
 num est, velle, quod sanctum est, dum nos ter-
 renis cupiditatibus deditos, mutorum more
 animalium, tantummodo presentia diligen-
 tes, futurae gloriae magnitudine & praemiorum
 pollicitatione succendit, dum revelatione sa-
 pientiae in desiderium DEI stupentem suscitavit
 voluntatem, dum nobis, quod tu alibi negare
 non metuis, svadet omne quod bonum est.
 Quid manifestius, nihil aliud eum dicere, gra-
 tiam, quam DEus in nobis operatur velle, quod
 bonum est, quam legem atque doctrinam? In
 lege namque & doctrina sanctarum scriptura-
 rum futurae gloriae atque praemiorum promit-
 titur magnitudo. Ad doctrinam pertinet
 etiam, quod sapientia revelatur; ad doctrinam
 pertinet, quum svadetur omne quod bonum
 est. Etsi inter docere & svadere, vel potius
 exhortari, distare aliquid videtur, etiam hoc
 tamen doctrinae generalitate concluditur,
 quae, quibus cum sermonibus vel literis con-
 tinetur. Nam & sanctae Scripturae & docentes
 & exhortantur, & potest esse in docendo &
 exhortando etiam hominis operatio. Sed
 nos eam gratiam nolumus; istam aliquando
 fatea-

fateatur, quia futuræ gloriæ magnitudo non solum promittitur, verum etiam creditur & speratur, nec solum revelatur sapientia, verum etiam & animatur, nec svadetur solum omne quod bonum est, verum & persvadetur. Non enim omnium est fides, qui audiunt per Scripturas Deum regnum cœlorum promittentem: aut omnibus persvadetur quibuscunq; svadetur, ut veniant ad eum, qui dicit: Venite ad me omnes, qui laboratis. Quorum autem sit fides, & quibus persvadeatur, ut ad eum veniant, satis ipse demonstravit, ubi ait: Nemo venit ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. Et paulò post, quum de non credentibus loqueretur, dixi, inquit, vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo. Hanc debet Pelagius gratiam confiteri, si vult non solum vocari, verum etiam esse Christianus, *Augustinus lib. 1. de grat. Christi c. X.*

Si quæramus, utrum donum DEi sit voluntas bona, mirum si negare quisquam audeat, *Idem lib. 1. ad Simplic. q. 2.*

DEus est, qui operatur in vobis velle & operari, ubi satis ostendit (Apostolus) ipsam bonam voluntatem in nobis operante DEo fieri, *Idem lib. cit.* Totum DEo idandum est, qui hominis bonam voluntatem & præparat ad juvans

juvanda, & adjuvat Preparata, *Idem c. XXII*
Enchir.

Ipsē ut velimus operatur, *incipiens*, qui
 volentibus cooperatur *perficiens*. Ut ergo
 velimus, SINE NOBIS operatur, quum autem
 volumus, & sic volumus ut faciamus, nobiscum
 cooperatur, *Idem Epist. c. II.*

Nihil nostrum esse putemus, quandoquidem
 & ipsa fides non est nostrum opus: quod
 autem non sit nostrum, sed magis DEI, audi
 Paulum dicentem: Etiam hoc non ex vobis,
 DEI donum est ait *Chrysostr. hom. XXX. in Act.*
Apost.

O Wunder-grosse Gnad'! o Güte ungemessen!

Der als ein Wolff zuvor die Schäflein aufgefressen!

Der theilt heut auf den Raub/ und wird zu Gott bekehrt;

Wol dem der Christi Stimmen mit Paulo willig hört.

Ex Matth. XIX. 28.

*In solio Christus sedet & dijudicat orbem,
 A sedes huius sanctus iudiciumq; probat.*

ORA.